

Christian Ohm Johann Viehemeyer

Disputatio Iuridica De Usucapionibus Et Praescriptionibus

Rostochii: Saxo, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730913899>

Druck Freier  Zugang



Cross.
Otho - Viehemeger. Vert.
jur. 1623. 10v.



DISPUTATIO JURIDICA
DE

USUCAPIONI-
BUS ET PRAESCRI-
PTIONIBUS,

Quam

D. T. O. M. A.

Auctoritate & approbatione

Magnifici ac illustris. ordinis in
Pervetusta & Celeberrima Academia
Rostochiana

PRÆSIDE

Viro Clarissimo ac consultissimo

DN. CHRISTIANO OSM/ J. U. D.

Fautore & Promotore suo colendissimo publicè
examinandam proponit

JOHANNES Biehemeyer Bilsfeldiâ
Westphal.


In Auditorio majori

Ad diem VI. Decembr.

ROSTOCHII

Excudebat MAURITIVS SAXO Anno 1623.





DE
USUCAPIONIBUS ET
PRÆSCRIPTIONIBUS.

THESIS I.



Ufucapio quin ab usu & capere, quasi per
usum captio & ablatio dicatur dubium non est.
l. 13. l. 18. l. 44. §. 2. ff. hic. l. 71. de U.S.
Rectius igitur scribitur ufucapio quam ufus
capio: non enim ufus capitur, sed per ufum
capimus. Diff. Cato apud Gell. no Et. Attic. 7.
cap. 10.

II.

Significationes hodiè admittit varias, ita ut non-
nunquam omnem dominij acquisitionem, quæ fit per usum & pos-
sessionem suo significationis ambitu complectatur.

l. 20. C. de pact. In hoc significatu ufucapionis nomine non
tantum hodiè venit præscriptio longi temporis, verum et-
iam longissimi, imò immemorialis, non tamen præscriptio
actionum & terminorum, de qua infra. Balb. hic. p. princ.
l. 9. l. 11. 2.

III.

Deinde strictius pro ufucapione triennali & longi
temporis præscriptione.

l. 33. §. 2. 3. ff. b. t. & tot. tit. 1. & ff. eod. l. unic. C. de ufucap.
transf.

IV.

Deniq; strictissimè accipitur, ita ut etiam longi tem-
poris præscriptioni opponatur.

A B

l. 2. C.

*l. 2. C. in quib. caus. cess. long. l. adversus. 4. C. de R. V. l. 7. C. de
hered. petit. l. cum heres. 11. ff. de divers. & temp. prescript.
l. qui alienam. 54. ff. de evict. C. in l. 1. n. 21. ff. h. t.*

V.

Et licet hæc usucapionis significatio in usu juris ob
differentias inter usucapionem & præscriptionem olim observatas
sit frequentissima, tamen cum hæ differentie jure novissimo partim
sint sublatae, partim præscriptioni communicatae primam significa-
tionem nobis retinendam duxi.

*Gloss. in l. 3. ff. h. t. Balb. d. tr. p. pr. 1. q. 3. usucapio olim à præ-
scriptione differebat I. Rebus possessis: usucapio enim
erat rerum mobilium omnium & immobilium soli Italici:
Præscriptio a. solummodo prediorum provincialium. pr. l.
h. t. d. l. unic. C. de U. T. II. Tempore acquirendi: mobi-
lia enim anno ubiq. uno, immobilia soli Italici biennio usu-
capiebantur: Provincialia v. longo tempore decennio inter
presentes & vicennio inter absentes præscribebantur. d. pr.
d. l. unic. l. pen. C. quib. nõ obijc. long. III. Acquisitionis ef-
fectu: quia usucapione acquirebatur dominium, & si res
amissa esset competebat actio in rem directa. l. 1. §. 1. ff. de
publ. in rem. Præscriptione non quidem acquirebatur domi-
nium, sed tamen jus quoddam dominio proximum & inter-
dum actio utilis. l. pen. C. de prescr. long. l. 10. ff. si ser. v. vind.
l. 1. §. fin. ff. de aq. pl. arc. l. 8. in pr. C. de prescr. 30. vel 40. ann.
Donell. 5. comm. 4. Hac differentias Imper. Justinianus par-
tim sustulit, partim præscriptioni communicavit. l. unic. in f.
C. de nud. jur. Quirit. toll. d. l. unic. C. de U. transf. Improb-
atus igitur Azon. in summ. C. de usuc. transf. n. 7. Schn. ad pr.
I. h. & aliorum opinio, qui præscriptionem rerum immobi-
lium, usucapionem mobilium esse contendunt, per dd. ll. Do-
nell. d. loc.*

VI.

In quo significato definitur acquisitio domini juris
civilis

civilis per continuationem possessionis temporis à lege definiti.

pr. l. hic. junct. §. f. l. de usu & habit. §. f. l. per quas personas. l. 20. C. de pact. l. 1. & 3. ff. b. t.

VII.

Generis loco ponitur acquisitio & quidem juris civilis, non quod usucapio à jure civili primum sit inventa & introducta, sed ab eo recepta, approbata ac postmodum varijs principum constitutionibus aucta & emendata sit.

Tot. tit. ff. b. cum tit. seqq. tot. tit. l. eod. & C. de u. tr. Nam & ante l. xii. tab. & Jus Romanorum alijs quibusdam gentibus imprimis Hebraeis & Gracis usucapionem fuisse non incognitam constat Jud. ii. v. 26. Levit. 25. v. 29. 30. Deut. 15. v. 1. Isocrat. in Archid. Plat. lib. 12. dd. tt. Obrecht, in diss. h. th. 59. Diss. Balb. p. pr. i. q. 4.

VIII.

Usucapiunt omnes qui possidere & dominium acquirere possunt.

Quia usucapere est dominium per usum & possessionem acquirere pr. l. & l. 3. ff. b. t. Itaq; qui possidere nequit, nec usucapere potest. l. sine possessione. 25. ff. eod. c. 3. de Reg. Juris in 6. tantumq; intelligitur prescriptum, quantum invenitur possessum, l. 1. §. si quis. 4. ff. de it. act. privat.

IX.

Hinc paterfamilias & filius familias quin usucapere possint dubium non est.

l. 4. §. 1. ff. b. Filiusfam. olim patri usucapiebat excepto peculio castrensi & q. castrensi. l. 1. §. item acquirimus. l. 49. §. 1. ff. de A. P. l. acquiruntur. 10. ff. de acquir. rer. dom. §. 1. Inst. per quas pers. Hodie a. licet in adventitio peculio patri concessus sit usus fructus proprietatem tamen filius sibi usucapione acquirere potest l. 6. §. 1. C. de bon. qua lib.

A 3

Infans

X.

Infans quoq; & pupillus usucapere possunt, sed tu-
tore auctore.

d. l. 4. §. pupillum. Infans si tutore auctore possidere ceperit, quemad-
modum utilitatis causa receptum est, ut possessionem acquirat, sic quoq;
usucapit. l. quamvis. 32. §. 2. de A. P. At si animum possidendi pupillus ha-
bet, aut ejus ætatis sit, ut intelligat, etiam sine tutoris auctoritate &
possessionem nascisci & usucapere potest. l. 1. §. furiosus. 3. ff. eod. d.
l. 32. in f.

XI.

De furioso major est dubitatio. Ego furiosum quod
ante furorem possidere cepit rectè usucapere, furore verò duran-
te quidem curatore auctore usucapionem incipere posse arbitror.

Quia in usucapione scientia omnino est necessaria, exceptâ causâ pecu-
liaril. 4. §. 3. l. 44. §. 6. ff. h. c. l. 44. §. 1. l. 49. §. ult. ff. de A. P. l. 1. C. eod.
l. si emptam. 47. ff. h. c.

XII.

Qui vero omnino possidere nequeunt vel verè non
possident usucapere non possunt.

Nam qui possidere nequit, nec usucapere potest. l. 25. ff. h. Idem de illo,
qui quidem possidere potest rem tamen usucapiendam vel alterius no-
mine possidet, vel naturaliter tantum detinet, ut Creditor, usufru-
ctarius, precariò possidens, colonus, conductor, depositarius, & simi-
les. l. 8. l. 13. l. 16. l. 31. §. 3. l. 33. §. 3 & 4. ff. h. l. 10. C. de pig. act. l. 2. l. 7. §. ult.
C. de præscr. 30. vel 40. ann.

XIII.

Res omnes usucapioni subjacent, nisi sunt prohibi-
tæ. Prohibitarum duo sunt genera: aut enim omnino usucapi non
possunt, aut cum possint, non tamen usucapionem triennij vel lon-
gi temporis admittunt.

pr. Inst. h. l. unic. C. de N. T. Schn. l. h. n. 57. Quia ut usucapio bono publico
est introducta: Sic hujus favore in omnib. rebus merito locum habere
debet, nisi in quibus certæ rationes pugnant. Quid v. dicendum si no-
minatim ll. quasdam res usucapi non permittant, an sufficiat ad earum
acquisitionem si non prohibeant. Quod aff. cum Donell. §. Comm. 22.

Petioris

XIV.

Prioris generis sunt **i. res commercio hominum**
exempta.

*Ut liber homo, res sacra, sancta, religiosa. l. cum heredes. 23. §. 2. l. qui
universas. 30. §. 1. ff. de acquir. Poss. l. empti actio. 21. C. de evict. l. sola. C.
de long. temp. prescr. qua pro libert. l. usucapionem. 9. ff. h. Quaram enim
rerum non est dominium earum nec usucapio esse potest.*

XV.

II. Id quod vel omnino nihil vel ipso jure irritum est.

*Hoc n. lapsu temporis aliquid fieri, aut firmari non potest. per vulgaria.
Et ut inquit Balbus p. r. p. pr. 6. cas. 13. Usucapiones inventae sunt,
ut jus creatum in alium transferant, non ut jus novum inducant. Gloss.
6. si diligenti. 27. de prescript. Schneid. de loc. Quamobrem qui pa-
rens, filius, maritus uxor nunquam fuit, temporis beneficio fieri nequit.
arg. l. 8. d. R. l. 34. ff. de pact. l. qui in provincia. 57. §. 1. ff. de rit. nupt.
c. 8. in fin. de consang. & affin. Balb. d. loc. cas. 27. Sic fieri non potest Do-
ctor, Licentiaius, magister, tabellio, qui talis nunquam legitime creatus
fuit, licet per multos annos se pro Doctore, Licentiaro &c. gesserit. arg.
l. 10. ff. de decur. l. ii. C. de liber. caus.*

XVI.

**Posterioris generis sunt: Res gentium & civili jure
publicae, res furtivae, vi possessae, praesidi contra L. Juliam repetund.
datae, testamento alienari prohibitae, res pupillorum, minorum, fu-
riorum, dotales, bona liberorum patriae potestati subjectorum.**

*De quibus in seqq. quando & quomodo usucapi possint & non possint
dicemus.*

XVII.

**His rebus exceptis reliquae ferè omnes usucapione
etiam triennali, observata tamen mobilium & immobilium distin-
ctione, acquiri possunt, modo possessio sit plena & legitima.**

*Hac enim deficiente, deficit & ipsa usucapio, cum sit ejus caput & fun-
damentum.*

XVIII.

Plena autem & legitima erit, si & haec 4. concurrant:
**1. Possessionis continuitas. 2. Bonafides. 3. Justus titulus. 4. Le-
gitimum tempus.**

XIX.

Continuatur possessio vel in eadem persona vel in
diversis.

§. diutina. 12. l. h. l. 20. l. 31. ff. h. l. 2. C. de long. temp. præscr. Quamvis enim summo jure non eadem, sed diversa sit in auctore & successore, placuit tamen equitate suadente possessionem antecessoris successoris prodesse. l. 14. in pr. §. 1. & seqq. ff. de divers. & temp. præscr.

XX.

Nec refert ex qua causa possessio ad successorem
pervenerit, universalisne sit an particularis, modo in auctore bona
fide cœperit.

d. §. diutina. 12. & seq. d. l. 20. d. l. 14. l. Pomponius. 13. §. 3. & seqq. ff. de A. P. Nam vitia possessionum à majorib. contracta perdurant & successorem auctoris sui culpa comitatur. l. vitia. xi. C. de A. P. Et cum quis utitur admuniculo ex persona auctoris uti debet cum suis causis & suis vitiis. Quamobrem si fuerit auctor in mala fide, successoris ejus possessio ad usucapiendum non proderit. d. l. 13. §. 1. Sed quid dicendum, si successor auctoris sui possessione uti nolit, sed ex propria possessione & fide possessionem inchoare velit? Dist. inter successorem particularem & universalem, ille potest, hic verò non. l. an vitia. 5. ff. de divers. & temp. præscr. l. si ades 32. §. 1. ff. de serv. præd. urb. Vitæ tamen auct. male fidei. C. de præscr. longi temp. & Nov. 119. c. 7. qua cavetur: Si quis mala fide rem possidens aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet: qui verò putat eandem res competere sibi, hoc agnoscens, intra decem annos inter præsentem, & vicennij inter absentes non contestatus fuerit, secundum ll. emptorem, aut donationem accipientem, aut illum ad quem res alio quolibet modo translatae sunt: cum, qui tales res habet firmè eas habere, post decennij videlicet inter præsentem & vicennij inter absentes discursum. Si a. ignorat verus alienatarum rerum dominus & quia res ei competunt, & quia alienatio facta est: non aliter hunc excludi, nisi per tricennale prescriptionem.

XXI.

Secundum requisitum est bona fides, quæ nihil aliud est, quam illa conscientia excusans possessorem de ignorantia rei alienæ.

prinç.

*princ. l. b. l. un. C. de U. tr. l. qui à quolibet. 27. ff. de con-
trab. empt. l. 3. ff. de L. Flav. de plag. l. 109. ff. de V. S. c. si vir-
go. 32. q. 2.*

XXII.

Quam de jure civili ab initio usucapionis solo tra-
ditionis tempore in omnibus causis traditionis intervenisse sufficit.

*d. l. un. vers. Hoc tantummodo. C. de U. tr. Excipitur em-
ptio venditio, in qua non solum traditionis, sed & contra-
ctus tempore bona fides intervenire debet. l. si alienas res,
10. in pr. l. si existimans. 48. ff. b. l. 2. §. 1. ff. pro empt.*

XXIII.

Quod adeo verum est, ut etiam mala fides superve-
niens usucapionem bona fide cæptam non impediat.

*d. l. un. d. §. diutina. 12. l. b. l. 4. §. si antequam, 18. ff. eod. l.
bona fidei. 48. §. in contrarium. 1. ff. de A. R. D.*

XXIV.

Diversum tamen obtinet de Jure Canonico, quo o-
mni tempore bona fides requiritur.

*c. possessor. 2. de R. J. in 6. c. vigilanti. c. si diligenti. 17. c. pen.
& ult. de prescr. Mala n. fidei possessor nullo unquam tem-
pore prescribit, & quocung, tempore mala fides intervenit
usucapionem vitiat. Quod etiam hodiè receptum & ap-
probatum in Cam. Imp. & in foro & praxi observatur. Sch.
Inst. b. n. 16. Myns. 4. obs. 6. Wurmb. tit. 45. obs. 4. n. 2. & 3.*

XXV.

Tertium requisitum est est justus titulus, qui nihil
aliud est quam causa possessionis legitima & ad transferendum do-
minium idonea.

*pr. l. b. l. un. C. de U. tr. l. nullo justo. 24. C. de R. V. l. diutina.
4. C. de prescr. long. l. cum solus. 29. l. non solum. 33. ff. b.*

B

Causa

XXVI.

Causa verò intelligitur vera non simulata vel ex errore Juris profecta.

l. fin. C. de usuc. pro donat. l. 11. pro empt. l. si fur. 32. §. 1. l. 4. §. 11. l. 31. ff. b. t. Don. 5. comm. 15. Hinc in jure errans licet non incommode ad bonæ fidei possessores referri possit. d. l. 32. §. 1. l. 48. in pr. ff. b. Funct. l. 2. §. si à pupillo. 15. ff. pro empt. l. 38. §. incestum. 7. ff. ad L. Ful. de adult. Usucapere tamen non potest. d. l. 32. §. 1. d. l. 2. §. 15. l. Juris ignorantiam. 4. ff. de jur. & fact. & ign. Et ratio non in bona vel mala fide quaerenda est, sed in speciali legis prohibitionem, quæ causam & tit. possessionis infirmat.

XXVII.

Sed quid statuendum de errore facti, impeditne usucapionem? Disting.

Aut. n. 1. Titulus aliquis intercessit, sed erratum fuit in persona contrahentis, veluti emit quis à furioso, quem sanæ mentis esse putabat. l. 13. §. 1. ff. b. aut ab impubere, quem puberem esse credebat. l. 2. §. 15. ff. pro empt. Aut 2. Tit. quidem intercedit, putet tamen accipiens ex alio tit. rem sibi tradi. Veluti quod emptum erat donatum credit, vel quod ex stipulatu debebatur tanquã testamento relictu traditum accepit. l. nunquam. 31. §. f. ff. b. l. 11. ff. pro empt. l. ult. ff. pro suo. Hisce casib. error usucapioni non obest dd. ll. Aut 3. traditur aliquid ex falso tit. quem, si non uterg, saltem accipiens verum putabat. Et nec hoc casu usucapionem, emptionis tit. excepto, impedit. l. pen. ff. b. l. 2. in pr. ff. pro empt. Ut si existimans me debere, tibi ignoranti tradam, usucapies. Aut 4. nulla traditio nec causa ulla precessit, possessor tamen rem quam sine vitio nactus est per errorem suam esse existimat. Hoc casu non usucapiet, nisi probabilis admodum & vero similis erroris causa proferatur, veluti si servus, vel procurator, cui emendam rem mandasset per-

*suaserit ei se emisse. l. ii. ff. pro empt. l. ult. ff. pro suo. Cuj. ad
d. l. pen. ff. b. t.*

XXVIII.

**Titulus ejusmodi est vel generalis, vel specialis. Gene-
ralis qui cum specialibus singulis concurrere potest, ut tit. pro
suo.**

*l. i. l. 2. ff. pro suo. l. 5. ff. b. Huic tit. locus est, quando alius non
invenitur, & tamen equitas suadet, ut ex hoc aequè se tuea-
tur, quam ex alius possessor. Veluti si quis cervum man-
suetum qui ire vel redire solet in silva caperit ac per defini-
tum tempus retinuerit, vel si quis gemmas aut lapillos, qui
iter facienti exciderant in littore maris invenerit existi-
mans vi fluminis expulsos esse: vel si cum hostem præda ex-
uisset, res qua civium erant hostiles esse putaverit. Don. 5.
comm. 14.*

XXIX.

**Specialis est qui certum nomen habet, ut tit. successio-
nis, emptionis, donationis, dotis, legati, transactionis, noxæ dedi-
tionis, rei judicatæ & similes.**

*tot. tit. ff. & C. pro hered. tot. t. ff. pro empt. tit. ff. & C. pro
donat. tit. ff. & C. pro dot. tit. ff. legat. tit. C. pro empt. &
transact.*

XXX

**De suo hærede disputatur, an pro hærede usucapere
possit? quod affirm.**

*l. pen. & ult. ff. pro hered. Nec movet quod dicitur suis he-
redib. existentib. nihil. pro hærede usucapi posse. l. 2. C. d. t.
cum enim sui ipsâ potestate juris in solidum sint hæredes,
nō potest alius pro hærede se gerere aut usucapere. Nam is
tandem pro hærede usucapit, qui hæres est, vel qui justam
causam existimandi se esse hæredem habet l. 33. §. 1. ff. b. At qui
testamento nullo factō quamdiu existunt sui hæredes tam*

A 2

diu

diu nemo, justam causam existimandi habet se ab intestato esse heredem. Quippe scire eum oportet suos succedendo antevertere alios, se v. admitti bonam fidem non pati. Cuj. ad d. l. 2. ff. pro hered. Disf. Don. d. l.

XXXI.

Quartum requisitum est legitimum tempus quod pro diversitate rerum usucapiendarum & circumstantiarum varium est. Nam quædam res usucapiuntur triennio, quædam quadriennio, quædam decennio, quædam vicennio, quædam tricennio, quædam quadragenio, quædam deniq; tempore immemoriali.

Wesemb. in par. b. n. 7.

XXXII.

Triennio usucapiuntur res mobiles, nec refert seculares sint, an ecclesiasticæ, modo requisita hæcenus exposita concurrant.

pr. l. b. l. un. C. de ll. tr. auth. quas actiones. & ibid. Dd. C. de SS. Eccles. Balb. p. 1 pr. 5. in pr. n. 10. Olim lege xii. tab. in usucap. rei mobili anni spacio fuit præscriptum. Nam, ut Varro, ait boni patrisfam. est rerum mobilium quotannis inire rationem & secundo anno quod desideratur querere. At jure novo auctis passim divitiis, ne domini maturius suis rebus fraudarentur in usucapione rei mobilis triennium ab Imp. Justin. constitutum est. d. pr. d. l. un.

XXXIII.

Quadriennio certis in casibus usucapiuntur res fisci à privato & contra res private à fisco.

§. fin. l. b. l. 3. & tot. t. C. de quadrien. præscr. l. 10. ff. de divers. & temp. l. 1. §. 2. ff. de Jure fise.

XXXIV.

Decennio res immobiles inter præsentis & vicennio inter absentes, requisitis superius traditis intervenientibus acquiruntur.

pr. l. hic. l. 9. l. ult. & tot. t. C. de præscr. long. l. un. C. de ll. tr. l. præ-

*l. prescriptione. 7. C. quib. non objicit. long. Praesentes autem
& absentes jus civile ex eadem provincia non civitate esti-
mari vult. d. l. ult. At quid hodie turbatis provinciarum
limitibus? cum gloss. & Dd. in l. ult. C. de prescr. long. temp.
praesentes eos dici posse putat Obrecht. diss. hic thes. 270. qui
sub eadem sunt praefectura, vel qui eundem judicem habent.
Hic notand. quod nonnunquam breviori temporis spacio res
immobiles acquiruntur. Nam qui agros tribudarios de-
sertos atq; incultos desidia & socordia suorum olim possesso-
rum excolendi causa occupat, nisi possessor anterior intra
biennium oblati novo possessori expensis istos ab hoc repetat,
biennio completo dominus eorum efficitur. l. qui agros 8. C. d.
omn. agr. desert.*

XXXV.

Immobiliū exemplo servitutes quoq; inter prae-
sentes 10. annis. inter absentes 20. annis acquirun-
tur.

*Ante L. Scribonianam biennio usucapi potuerunt non tan-
tum urbanae servitutes, sed etiam rusticae. Revard. ad l. scrib.
Diss. Cujac. ad l. 4. ff. b. Latà deinde l. Scriboniana hoc cor-
rectum est. d. l. 4. §. fin. Verum & hoc jus leg. Scribonia cor-
rigere praetor capit, quam sustulit Scribonius servituturn
usucapionem biennalem, eam novà quadam longae possessio-
nis prerogativa defendit. l. si quis diuturno. 10. ff. si serv.
vind. l. si aliena. 10. §. 1. ff. hic. Tandem Justinianus usuca-
pionem servitutum perfecte restituens, constituit ut servi-
tutes indifferenter omnes longo tempore usucaperentur l.
fin. C. de prescr. long. l. 2. C. d. serv. & aqu. Cujac ad d. l. 4.*

XXXVI.

An autem in harum usucapione titulus & bona fides
necessaria sit quaeritur? Utrumq; affir.

B 3

l. nullo

*l. nullo. 24. C. de R.V. l. fin. inf. C. de præscr. long. l. 4. C. eod.
l. 2. C. de serv. & aq. l. 8. in pr. C. de præscr. 30. ann.*

XX XVII.

Hic quæri solet an etiam annui redditus huic usucapio-
ni subiaceant?

*Distinctione hic opus est: Aut queritur de annuis redditibus
constitutis, aut de constituendis. Si de constitutis, aut qua-
ritur: an quis longo tempore ab horum præstatioue
liberetur, & hæc quæstio non ad usucapionis, sed ad præ-
scriptionis materiam pertinet. vid. inf. thes. 56. Aut qua-
ritur: Num redditus in certo fundo jure jam constituti &
mibi à non domino venditi, donati, & c. longo tempore usu-
capiam? quod affirm. argumento l. 2. C. de serv. l. fin. C. de
præscr. long. De constituendis quæri solet: Num annui re-
ditus indebiti usucapione longi temporis constitui possint?
Negat, Anthou. Faber lib. 7. conj. 8. & 9. Quod nos cum
Balbo p. 2. p. pr. 3. qu. 10. n. 5. 24. & 25. affirmamus, per l. cum
de in rem verso 6. ff. de usur. l. litib. 20. C. de agric. & cens.*

XXX VIII.

An idem obtineat in operis rusticorum, Dienst vnd
Pfröhne/welche die Leute zu den Ritter: vnd Herrn Güttern
leisten müssen? Affirm:

per d. l. litib. 20. C. de agric. & cens. Balb. d. q. 10. n. 6.

XXX IX.

Tricennio capiuntur 1. Res privatæ quælibet sine
iusto titulo bona fide tamen possessæ.

*l. pen. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Hæc usucapio sive præ-
scriptio qua longissimi temporis dicitur Jur. ff. incognita
fuit. Gloss. ad d. l. pen. Nam antiqua Juris prudentia absq;*

tit

tit. vel vero, vel presumpso nullam possessori per usum solum indulgebat dominij acquisitionem: Sed à Justiniano demum in d. l. pen. introductum, quanquam & ante Justinianum 30. vel 40. ann. prescr. fuit, sed ad excipiendum tantum, non etiam ad usucapionem proficiens. Et quo ad effectum obijciende exceptionis bona fide in hac prescriptione opus non est d. l. 8. §. 1. Queritur an dominium quod acquiratur sit utile an directum? Posterius affirmamus, per auth. mala fidei. C. de prescr. long. temp.

XL.

II. Res minorum etiamsi iusto titulo & bona fide fuerint possessæ.

l. 3. C. de prescr. 30. ann. l. fin. C. in quib. caus. rest. in integr. Balb. part. 1. p. pr. 5. q. 6. n. 3. §. n. 29.

XLI.

III. Res liberorum in sacris parentum constitutorum.

d. auth. nisi tricennale. C. de bon. mat. Nov. 22. c. 74. Tempus a. ex eo die currere incipit, quo liberi sue potestatis facti apparent. l. 1. in f. C. de ann. excep. Quoniam pro rebus in quibus parens usum fructum habet, jure experiri nequeunt. Non valenti a. agere propter impedimentum juris non currit prescriptio d. l. 1. in f.

XXXII.

IV. Res vitiosæ: ut furtivæ, vi possessæ, & præfidi contra L. Juliam repetund. datæ.

Vitium quod usucapioni triennali & longi temporis prescriptioni obstat, vel ex persona est, vel ex re l. ubi lex 24. §. 1. ff. h. t. Ex persona, ut si quis vacantem possessionem fundi sine vi nanciscatur non ignarus fundum alienum esse. §. quod autem 3. §. quod a. ad eas 7 l. cod. Ex re ut si res sit furtiva, aut vi possessa aut præfidi contra l. Jul. repet. donatæ, licet à fure, prædone, præfide deinde ad bonæ fidei possessorem pervene-

venerit. At et si vitium utrumq; obstat usucapioni triennali & longi temporis. d. §. 3. l. 4. §. 6. §. 23. & seqq. l. 33. in pr. & §. 2. d. l. 24. §. 1. ff. h. r. l. si ad dominum. 86. ff. furt. l. fin. ff. vi bon. rapt. l. bona fidei. 48. ff. de A. R. D. l. quod contra. 8. ff. ad L. Iul. repet. Constat tamen non obstat vitium rei prescriptioni 30. ann. Hæc enim præscriptio omnes actiones ita tollit, ut possessor non modo tutus sit, sed etiam rem casu amissam repetere possit. l. 8. §. 2. C. de præscr. 30. l. 1. in f. C. de annal. exc. Ob vitium verò personæ rem longissimo tempore possessam & casu amissam non repetit nisi à violento possessore. d. l. 8. §. 2. An idem tempus quod in reb. furtivis requiratur quoq; in partu ancillæ furtivæ? Affirmamus, nisi apud bonæ. possessorem & conceptus & natus sit. l. si aliena. 10. §. fin. d. l. non solum. 33. in pr. ff. b. l. 11. §. 3. ff. de publ. in rem. Quia in partu ancillæ furtivæ apud B. f. possessorem concepto & edito nullum tempus apparet, quo partus vitio rei furtivæ possit videri infectus. An idem in fetu pecorum furvivorum obtineat queritur? Nego. Nam ut is à b. f. possessore usu capiatur opus non est, siquidem perceptione ejus fiat. l. 4. §. lana ovium. 19. ff. h. d. l. bonæ fidei. 48. ff. de A. R. D. Quid dicendum de re quam debitor pignori dedit, postea a. surrepta & vendita an triennio à donæ fidei possessore usucapi possit? Dist. Aut debitor pignus tantum surripuit nec vendidit: Aut tantum vendidit, a. lius subtraxit, aut simul surripuit & vendidit. Posteriori casu triennio usucapi potest. l. 4. §. si rem. 20. ff. h. l. si rem 5. ff. præempt. priorib. duobus casib. non potest. l. ult. ff. b. l. 6. C. de usucap. pro empto.

XLIII.

V. Res incorporales.

De quib. supr. thes. 35. Quoties enim nec tit. nec scientia & patientia doceri potest ejus contra quem præscriptio allegatur, toties ad jurium usucapionem opus est tempore longissimo. arg. l. 3. l. 4. C. de præscr. 30. ann. Balb. p. 2. p. pr. 4. qu. 1. num. 13.

XLIV.

VI. Res tanquam feudum possessa, si ejus nomine, quantumvis non investitus quis servitia domino præstiterit.

5. 16

§. si quis per triginta. 4. 2. Feud. 26. ubi Feudista Zasius 6.
de feud. num. 30. Hareman. Pistor. 2. quasi. 46. Myns. 4.
obs. 28. & 9. Vult. de feud. 9. nu. 6. Et sufficit semel presti-
tisse domino pro feudo servitium, si postea possederit ut feu-
dum. Vult. de loc. n. 15. dict. §. si quis per. c. cum Eccles. de
caus. possess. & propr. c. cum de beneficio. de prabend. in 6.

XLV.

Quadragesimo acquiruntur I. Bona Ecclesiarum,
immobilia.

Auth. quæ actiones. C. de SS. Eccles. Nov. III. Nov. 131.
cap. 6. c. de quarta. 4. c. ad aures. 6. c. illud. 8. ubi canonici
& novissime. Coler. de præscr. Quod etiam procedit
cum Ecclesia adversus Ecclesiam usucapionem allegat. d. c.
ad aures. 6.

XLVI.

II. Prædia piorum locorum, qualia sunt quæ ad Xeno-
dochia, Nasocomia, Orphanotrophia, & alia consimi-
lia loca piis usib. destinata pertinent.

d. Nov. 131. c. 6. Schn. J. h. n. 18.

XLVII.

III. Res fiscales.

l. omnes. 4. C. de præscr. 30. per res fiscales hic tantum in-
telligo, quæ fisco sunt quesita. l. 3. l. 4. C. de bon. vac. l. f. C. de
fund. patrim.

XLVIII

IV. Res patrimoniales principis sive dominicæ & fi-
miles.

Rubr. & tot. t. C. ne rei dom. d. l. f.

XLIX.

Tempore immemoriali acquiruntur res Romanæ
Ecclesiæ corporales & incorporales.

C

Auth

Auth. quas actiones. C. de SS, Eccles. c. ad audientiam. e. nemo. 16. qu. 3. c. cum nobis. de prescr. Nov. 9. quam Novell. per Nov. III, & Nov. 131. c. 6. non esse correctam arbitror. Genus enim nunquam derogat speciei, sed species generi. l. in toto 80. ff. de R. J. & dd. Nov. III. & 131. sunt generales, d. v. Auth. & Nov. 9. speciales. quia loquuntur tantum de Romana Ecclesia. Hoc tempus toties requiritur quoties nullum precedentium sufficit. In usucapionib. enim hic ordo observatur, ut rerum mobilium sit triennij, rerum immobilium & incorporalium, exceptis excipiendis, cum tit. longi temporis, quod si hec locum non habeat ex natura rei, vel ob defectum tituli succedat prescriptio longissimi temporis, annorum sc. 30. vel 40. Si deniq; istarum, nulla locum inveniatur recurratur ad tempus cujus initij memoria non extat.

L.

Introducta autem est tam propter reipublicæ utilitatem quam privati odium, negligentis, sc. rem suam & favorem diligentis patrisfam.

l. alienationis. ff. de V. S. c. damnum. de R. J. in 6. Imo vigilantib. jura subveniunt per vulg. Nec hic quicquam ob stare potest, quod Imp. in Nov. 9. hanc vocet impium presidium, cum satis constet ibidem illud de abusu, non de vero prescriptiois usu dici. Videmus etiam non minima hinc ad rempub. redundare commoda, quippe per hanc litib. finis imponitur. l. fin. ff. pro empt. & dominiorum aliàs incertorum certitudo inducitur. l. 1. ff. b. t. Unde inclarescit omnium usucapionum unam eandemq; esse causam, & propterea distinctionem Gratiani 16. qu. 3. c. prescript. & aliorum in favorabilem, odiosam, rigerosam & mixtam plane correre.

Usu-

LI.

Usucapio legitimè completa possessori adjicit domini-
um plenum & perfectum.

*Olim usucapione tantum & non longi temporis prescriptio-
ne dominium hoc acquirebatur: Sed postquam Justinia-
nus differentiam prediorum soli Italici & provincialis, di-
stinctionemq; dominij bonitarij & quiritarij sustulit confu-
so jure usucapionis & longi temporis prescriptionis eandem
rationem acquirendi in provinciis & Italia tam rerum mo-
bilium quom immobilium esse voluit. l. un. C. de U. tr.
§. 1. l. b. Quapropter omnino statuendum hodiè ex jure Ju-
stiniano; plenum & absolutum dominium longo tempore
acquiri. Quod in prescript. 30. 40. & 100. ann. procul dubio
magis obtinebit. l. 6. in f. C. de prescr. 30. ann.*

LII.

Cursus verò hujus impeditur interruptione, quæ nihil
aliud est quam actus quo cæpta possessionis continua-
tio interpellatur.

*l. Nemo. 10. C. d. A. P. Annullatur autem inchoata usucapio
vi interruptionis adeò, ut de novo sit ordianda prescript.
prioris nihil commodante Wes. in par. b. f. n. 15.*

LIII.

Interruptio hæc est vel vera vel ficta; hæc vocatur ei-
vilis, illa naturalis. Vera interruptio est cum quis pos-
sessione vi dejicitur aut alicui res eripitur vel alio quo-
dam naturali facto possessio intervertitur.

*l. naturaliter. s. h. t. l. qui univ. fas. 30. §. item quod mari 3.
ff. de A. P. (ubi rectè pro non legitur nos. cl. Lind. in exerc.
2 thes. 44.) Siquidem facultate tenendi amissa ipsa quoq;
possessio necessario tollitur, absq; hac a. nec usucapionis ini-*

C 2

tium

etiam contingere l. 25. ff. h. nec capta continuari potest. l. 19. ff. ex quib. caus. maj.

LIV.

Ficta est quæ non naturæ vel hominis facta, sed juris auctoritate & subtilitate, ut per litis contestationem, possessionis continuationem rescindit.

d. l. nemo. 10. C. de A. P. Obrech. disp. h. thes. 410. & seqq. Hic recte traditur ab interpretibus quod citatione Iudiciali, deficiente extrajudiciali denunciatione testato facta omnis præscriptio, etiam triennis interruptatur. l. 2. C. d. annal. exc.

L V.

Ab hac usucapione longe discrepat actionum præscriptio. Definiri ea potest quod sit exceptio qua actiones per nudum temporis decursum lege definiti excluduntur.

l. 1. in pr. §. 1. l. 2. C. de annal. exc. Bachov. ad Trent. Vol. 2. disp. 22. thes. 4. lit. I. Et hac actiones, Wes. in par. de divers. & temp. præscr. nu. 1. Idem dicendum de terminis, ut quarele inofficiosi, status defunctorum, petende separationis & aliorum l. 8. §. ult. cum l. seq. ff. de inoff. testam. l. 1. & tot. t. C. ne de stat. defunct. l. 1. §. quod dicitur. 13. de separat. qui pariter per simplicem temporis decursum excluduntur.

LVI.

Estq; vel personalium, realium & mistarum. Harum omnium præscriptio in 30. ann. metis posita est, nisi nominatim breviori tempore conclusa, vel specialiter extensa sit.

l. 3. l. 4. C. de præscr. 30. l. 1. §. 1. C. de ann. exc. In prisca. ll. observantia cum differentia locorum Italiae & provinciarum in actionibus personalibus ex contractu descendentes præscriptio procedebat, ita ut in illis annale spatium utile observaretur: hæc v. sine præfinitione temporis perpe-

tua essent. d. l. 1. 'Hoc corrigentes Imperatores constitue-
 runt, ut nulla amplius harum actionum in provincijs sine
 immortalitas, sed saltem cum praefinitione temporis sine
 perpetua, nempe usq; ad 30. annos. d. l. 3. & 4. l. si quis. 8.
 C. de praescri. 30. ann. Differenter etiam in realibus actio-
 nib. olim praescriptio processit, ita ut in provincijs 10. aut.
 20. annis, in Italia v. annale vel biennale tempus require-
 retur. Hodie autem promiscue in Italia & provincijs eis ut
 omnib. actionibus praescribimus 30. annis Hinc per decur-
 sum 30. annorum ex actionem annuorum reddituum expira-
 re contra Trent. vol. 2. disp. h. th. 3. lit. I. per d. l. 3. & 4.
 de jure firmiter concludimus. Licet contrarium in Cam.
 Imp. observetur. Myns. 6. obs. 70. inf. Affirmantem quoq;
 sententiam nostram servat Ius Sax. p. 2. c. 2. Daß die
 jährliche Zinse vnd prestationes können verjährret wer-
 den/nicht allein das die verjährte Zinse nicht zu zahlen/
 sondern auch die zukünftigen nicht dörffen erlegt wer-
 den. An diversum in jure reluendi pignoris sit statuendum
 discursus declarabit.

L VII

Ex personalibus concluduntur nominatim brevi-
 ori tempore 1. nonnullae civiles annales, ut actio in ju-
 riarum ex L. cornelia, actio ex L. Julia repetund. de-
 scendens & actiones populares.

l. convicij. 5. C. de injur. l. 2. ff. ad L. Jul. repet. l. ult. ff. de
 pop. act. Populares hic voco non qua saltem cuiq; de populo
 competunt, utilitatemq; publicam concernunt, sed simul e-
 tiam in publicum aliquid inferunt. ut est de jecti vel effusi.
 l. 5. §. 5. ff. de his qui dejec. albi corrupti. l. 7. ff. de juris-
 dict. sepulchri violati. l. 3. ff. de sepulch. viol. Actio ex Sc.
 Syllaniano contra eum qui adversus edictum praetoris ta-
 bulas testamenti aperuisse dicitur. l. 25. §. 2. ff. de Sc. Syll.

Pœna a. ex his actionibus provenientes partim actori partim fisco applicantur. Wesf. in par. de sepul. viol. Cujac. in tr. de præscr. & term. c. 20.

LVIII.

II. Prætoriae pœnales & quædam prætoriae reipersecutoriae personales.

Olim prætoriae actiones, ut prætorum Jurisdictio, tanquam effectus ex causa sua erant annales omnes. Cic. in Verr. Tandem ll. dispositione hoc ipsum coarctatum fuit ad prætorias pœnales, ut anno utili excluderentur: Rei a. persecutoriae, exceptis excipiendis, essent perpetua, id est 30. vel 40. annis durarent. l. in honorarijs. 35. ff. de O. A. A pœnalibus prætorijs excipe actionem furti manifesti, quæ perpetua est, pr. l. de perpet. & actionem de dolo, quæ biennio continuo terminatur. l. fin. C. de dol. A rei persecutorijs personalibus actionem Paulianam & de peculio post mortem, emancipationem, manumissionem, alienationem ejus, qui in potestate nostra est. l. 1. ff. quæ in fraud. cred. tit. quando de pec. act. l. sicum servo. 24. & seqq. ff. si quid in frau. patr. l. si filius. 6. ff. de tut. & rat. dist. l. pater. 12. ff. de castr. pec. l. Macedoniani. C. ad S. C. Maced. l. & ancillarum. 27. §. si servus. ff. de pecul. redhibitoriam & quanti minoris, quarum illa 6. mensibus, hæc v. anno utilis finitur. l. sciendum. 13. §. f. ff. de edil. edict.

LIX.

III. Criminales actiones & publica judicia quæ regulariter 20. ann. spacio tolluntur.

l. querela. 12. C. ad L. Corn. de fals. l. 2. de requir. reis. Quamvis enim sint personales, cum ex delictis descendant, constat tamen crimina esse odiosa, & ob id eorum metas regulariter breviori tempore quam civilium actionum coarctandam. Unde etiam nemo potest de crimine agere criminaliter

minaliter ultra tempus infra quod potest de eo civiliter agere: ne sic extincta civili criminali locus restet. Balb. d. tr. p. 4. p. pr. 5. q. 2. n. 6.

LX.

Regulariter dixi propter actionem ex L. Iulia adulterij quæ extraneo jure in masculum adulterum intentatur, & quinquennio continuo extinguitur, accusationem criminis peculatus, omnesq; illas, quæ civiliter intentatæ breviori pereunt tempore, ut actio injuriarum, quæ annalis est.

l. 1. §. accusationem. ff. ad SC. Turpil. l. miles. 11. §. adulterij. ff. ad L. Jul. de adult. l. adultos 5. C. eod. l. 7. ff. ad L. Jul. pecul. l. 5. C. de injurijs. per q³ tradita in thesi preced. Nec hic dist. inter actionem injuriarum ex L. Cornelia descendente, ut quando quis se pulsatum verberatum de domum suam vi introitam esse dicat, sed indifferenter omnes prescriptione hac sopiri statuimus Wes. in par. de injur. n. 15. & sub. t. de pœn. n. 10.

LXI.

Harum personalium civilium ad 40. annos protrahuntur eæ quæ supradictis temporalibus præscriptionib. non sunt conceptæ & fortuita vel excogitata interpretatione quâdam earum loqueos evadere possunt, & illæ in quibus lis contestata est.

d. l. 4. l. ult. C. de præscr. 30. ann.

LXII.

Ex realibus extenditur ad 40. ann. actio hypothecaria in certo casu.

Distinguiamus n. Aut agit creditor adversus extraneum, qui est in bona fide, eumq; tam presentem quam absentem & longi temporis præscriptio rectè obijcitur. l. 2. C. si advers. cred.

cred. Aut agit adversus extraneum qui est in malaf. & finitur spatio 30. ann. l. 7. in pr. C. de prescr. 30. ann. Aut agit adversus debitorem & successorem ejus & ultra 40. annos non prorogatur, nisi conventio aut atas intercesserit d. l. 7. §. 1. & l. ult. d. t.

LXIII.

Includitur a. breviori termino ex realibus prætorijis reipersecutorijs actio rescissoria, quæ annalis est. l. in bonorarijs. 35. ff. de O & A. §. rursus 5. l. de act.

LXIV.

Interpellat cursum harum præscriptionum litis contestatio, vel nuda libelli oblatio principi facta. Hæc quidem solas prætorias annales. l. 2. C. quand. libell. princ. Illa v. omnes. l. 2. C. de annal. except.


Ad præstantis: ac doctissimum.

Dn. JOANNEM VIEHEMEIERUM
amicum, Agnatum & conterraneum suum dilectiss.
publicè disputaturum, gratulatio.

Quotidiè exsurgunt, genitrice libidine, lites
Rixandi, facili quas partu parturit Eheu!
Has nisi sancta Themis legum moderamine cincta
Temperet, immensas citius pessundaret Urbes.
Laudandi quare toto molimine rixas
Qui exortas sedare volunt, componere tentant.
Postquam agis hoc meritò supremi numinis auram
Comprecor, assistat, conatus dirigat omnes.

Benevolentia testanda E. adjecta.

à
JOHANNES COTHMANNO
SS. Th. Stud.



the scale towards document

opus infra quod potest de eo civiliter a-
tâ civili criminali locus restet. Balb. d.
n. 6.

LX.

propter actionem ex L. Iulia adul-
ture in masculum adulterum inten-
tio continuo extinguitur, accusa-
ultatus, omnesq; illas, quæ civili-
ri pereunt tempore, ut actio inju-
est.

ff. ad SC. Turpil. l. miles. 11. §. adulte-
dult. l. adultos 5. C. eod. l. 7. ff. ad L.
e injurijs. per q³ tradita in thesi preced.
tionem injuriarum ex L. Cornelia de-
do quis se pulsatum verberatum de do-
tam esse dicat, sed indifferenter omnes
puri statuimus Wes. in par. de injur. n.
12, 10.

LXI.

am civilium ad 40. annos protra-
dictis temporalibus præscriptio-
tæ & fortuitâ vel excogitatâ in-
earum loqueos evadere possunt,
ntestata est.
reser. 30. ann.

LXII.

ditur ad 40. ann. actio hypothe-
agit creditor adversus extraneum, qui
g³ tam presentem quam absentem &
ptio rectè obijcitur. l. 2. C. si advers.
cred.